UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologiæ Moralis

Busenbaum, Hermann

Monasterii Westphaliæ

Anno à Nativitate D. N. Iesv Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto. ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-40957

Visual Library

ſcandaloſas eſſe damnandas, & prohibendas, ſicut eas damnat, ac prohibet: Ita ut quicumque illas, aut conjunctim, aut diviſim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam diſputativè, publicè, aut privatim tractaverit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in excommunicationem, à qua non poſſit (præterquàm in articulo mortis) ab alio quâcumque etiam dignitate fulgente, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice, abſolvi.

Inſuper diſtrictè in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Chriſti fidelibus cujuscumque conditionis, dignitatis, ac ſtatûs etiam ſpeciali, & ſpecialiſſimâ notâ dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipſarum ad praxim deducant.

Ioannes Lupus, Sanctæ Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis Notarius.

Locus (†) Sigilli.

Anno à Nativitate D.N. IESV CHRISTI milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo ſexto. Indictione quarta, die verò 23 menſis Martii, Pontificatus autem Sanctiſſ. in Chriſto Patris D. N. D. Alexandri, Divina Providentia Papæ VII. anno undecimo, ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Carolum Melanũ, ejusdem Sanctiſſ. D. N. Papæ & Sanctiſſimæ Inquiſitionis Curſorem.

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN